- fieri potest pro
  - nobis metipsis,
  - proximis, sive amicis, inimicis, iustis, peccatoribus,
  - animabus in purgatorio degentibus.

TAB. CXVII.

Seq. De Praeceptis Decalogi.

ORATIO VOCALIS DUPLEX

- *privata*,
- *publica* — est *quae fit nomine Ecclesiae.*

et

fieri debet

- *sub gravi*, etiam ab { excommunicatis, interdictis, suspensis, degradatis, in carcerem inclusis.
- ab omnibus { *clericis in sacris* qui non fuerint ordinati { in infantia vel vi.
- ab omnibus { *beneficiariis* exceptis qui { tenue habent beneficium, absque culpa privantur beneficio.
- ab omnibus { *religiosis professis.*
- praescriptis { *forma*, *tempore*, *ordine*, *loco*, et modo idest { distinte, integre, devote, et cum attentione vel ad . . . . . { verba, sensum, Deum.

a qua excusant haec causae: { pietas, imponentia sive { phisica, moralis. dispensatio.

Horae canonicae septem sunt: { 1.° Matutinum cum laudibus, 2.° Prima, 3.° Tertia, 4.° Sexta, 5.° Nona, 6.° Vesperae, 7.° Completorium.

TAB. CXVIII.

Seq. De Praeceptis Decalogi.

RELIGIONIS VITIA

- *superstitio* — definitur: *vana seu falsa religio, exhibens Deo vel creaturae cultum indebitum.*
  - quo nomine veniunt:
    - *idolatria* quae — definitur: *superstitio qua tribuitur creaturae honor tanquam Deo,* — duplex est:
      - *materialis*, seu simulata adoratio falsi Dei; est mortale peccatum.
      - et
      - *formalis* haec autem: *perfecta* et *imperfecta* — ambo gravissimum peccatum.
    - *divinatio* (V. Tab. seq.).
    - *cultus falsi numinis* qui multiplex est et vocatur: *vana observantia* — triplex:
      - *ars notoria*, seu ars acquirendi scientiam sine labore,
      - *ars sanitatum*, seu ars sanandi signis vel rebus sacris, tanquam ex opere operato ad id efficacibus,
      - *observantia eventuum.*

      est peccatum ex genere suo mortale.
    - et
    - *magia* — definitur: *ars mira effisiendi per causas occultas,* — duplex est:
      - *naturalis*, seu *alba*, et haec per se licita est.
      - et
      - *diabolica*, et haec est idem ac divinatio.
    - et
    - *maleficium* — definitur: *vis nocendi alii ex pacto eum daemone.* — duplex est: *amatorium* seu *philtrum*, *veneficum.* — peccatum grave est contra: *religionem*, et iustitiam.
  - et
  - cultus indebitus veri numinis, et hic:
    - si *superfluus*, est communiter veniale,
    - si *perniciosus*, ex genere suo mortale.
- et
- irreligiositas (V. Tab. seq.).

TAB. CXIX.

Seq. De Praeceptis Decalogi.

DIVINATIO

definitur: *significatio occultorum ex pacto cum daemone sive exspresso sive tacito.*

fieri potest

- per *expressam* daemonis invocationem et dicitur:
  - *oraculum*, si fit per idola,
  - *hydromantia*, si per figuram in aqua,
  - *aëromantia*, » » » » aëre,
  - *piromantia*, » » » » igne,
  - *geomantia*, » » » » terra,
  - *necromantia*, si per apparentem resuscitationem mortuorum.
  - *pythonismus*, si per homines vivos,
  - *praestigium*, si per fictas figuras,
  - *oniromantia*, si per somnia,
  - *aruspicium*, si per signa in extis animalium.
- per *tacitam* daemonis invocationem et dicitur:
  - *astrologia judiciaria*, si ex motu astrorum,
  - *auspicium*, si ex volatu avium,
  - *augurium*, si ex avium garritu,
  - *omen*, si ex casu fortuito,
  - *chiromantia*, si ex lineamentis manuum,
  - *phisiognomia*, si ex lineamentis vultus,
  - *sortilegium*, si ex vanis sortibus.

differt a praevisione, coniectura, astrologia naturali etc. in quibus nullum est pactum cum daemone.

est peccatum
- mortale semper quando fit per expressam daemonis invocationem,
- mortale fere semper si per tacitam daem. inv. Excusant
  - ignorantia,
  - et
  - simplicitas.

cui referuntur magnetismus et spiritismus (V. Tab. seq.).

TAB. CXX.

Seq. De Praeceptis Decalogi.

DIVINATIONI PERTINENT (II)

Magnetismus cuius nomem a fluxu magnetico qui meare supponitur a corpore magnetizantis in corpus magnetizati sive per gesta, sive per praesentiam vel actum voluntatis.

si
- mediis phisicis tantum explicetur non est illicitus, sed *tolerari* potest.
- spectetur prout vulgo usurpatur, illicitus est ratione
  - *finis*, semper praeternaturalis,
  - *modi*, quia adsunt pericula morbi, dementiae etc. et semper peccati.

triplicem statum complectitur idest:
- somni magnetici,
- sonnambulismi, et
- luciditatis.

Hipnotismus definitur: *ars producendi somnum nervosum quo nyptuotizatus ad hyptnotizatoris nutum serviens res mirabiles efficit.*

regulariter illicitus evadit quia:
- frequenter est ars diabolica pertimescenda,
- nocet
  - plerumque sanitati corporis,
  - fère semper saluti animarum.
- communiter adversatur morum honestati.

licet quando
- adsit causa gravissima,
- arceatur quaevis indecorosa actio, et maxima prudentia adhibeatur.
- praeternaturales effectus non quaerantur,
- explicite repellatur interventus diabolicus,
- et diutius actione iptnotica nemo abutatur.

Spiritismus, qui per tabulas rotantes effectus suos maleficos, imo diabolicos per totum orbem spargit, vel quocumque alio modo homines decipere et perdere studet, est prorsus illicitus utpote vera divinationis species. Quinimo haec superstitionis species est aliis peior quatenus subvertit catholica dogmata, praesertim *dogma de existentia inferni*, vel eiusdem aeternitate.

TAB. CXXI.

Seq. De Praeceptis Decalogi.

IRRELIGIOSITAS

definitur: *irreverentia studiosa quae Deo directe vel indirecte irrogatur.*

multis modis explicatur, nempe per

- *tentationem Dei* quae:
  - definitur: *dictum vel factum ad capiendum de Eo experimentum per extraordinarium effectum ab Eo temere expectatum.*
  - duplex est:
    - *formalis* seu explicita, et haec est ex toto genere suo peccatum mortale,
    - *virtualis* seu interpretativa, et haec est ex genere suo mortale peccatum.
- *sacrilegium* quod:
  - definitur: *violatio rei, loci, vel personae sacrae.*
  - triplex est:
    - *reale* et committitur quoties:
      - administrantur vel suscipiuntur Sacramenta absque dispositionibus,
      - res sacra in profanum usum convertitur,
      - bona ecclesia invaduntur vel jura defraudantur,
      - sacra vasa non servantur munda.
    - *personale*, et committitur per
      - gravem iniuriam personae sacrae factam,
      - grave peccatum turpe cum persona sacra,
      - traductionem clerici ad tribunal saeculare.
    - *locale* et committitur
      - peccatis quibus Ecclesia polluitur:
        - distructione,
        - homicidio voluntario graviterque culpabili,
        - effusione sanguinis vel seminis humani graviter culpabili.
      - sepultura
        - infidelis, vel
        - excommunicati vitandi.
      - furto e loco sacro, violando immunitatem.
  - est peccatum ex genere suo mortale.
- *simoniam* (V. de Beneficiis).
- *periurium*
- *perfidiam in promissis.*
- *blasphemiam* quae
  - definitur: *verbum contumeliosum in Deum.*
  - dividitur ratione:
    - *obiecti* cui dirigitur in
      - *mediatam*, et
      - *immediatam.*
    - *intentionis* in
      - *directam*, et
      - *indirectam.*
    - *modi* in
      - *implicitam*, et
      - *explicitam.*
    - *verborum* in
      - *haereticalem*, si haeresim continet,
      - *imprecativam*, si Deo malum optetur,
      - *dehonestativam*, qua quis aliquid de Deo per modum contumeliae pronuntiat.
  - est peccatum ex genere suo gravissimum, a quo tamen excusant:
    - defectus advertentiae
    - verborum aliter blasphaemorum corruptio.

TAB. CXXII.

Seq. De Praeceptis Decalogi.

III. PRAECEPTUM — SANCTIFICATIO DIEI FESTI

est praeceptum iuris . . { naturalis, divini positivi, et ecclesiastici.

duo importat:

1um auditionem sacri et quidem:

- *sub gravi* pro his qui septemnium compleverunt nisi habeant causam excusantem.
- *praesentia* corporis { quae sit { moralis, humana, et continua. } per missam integram.
- *adsistentia* religiosa, idest cum { intentione saltem implicita colendi Deum. attentione { externa, et (aliqualis) interna.
- in *Ecclesia* { *publica* pro omnibus fidelibus, vel *privata* pro iis qui hanc facultatem obtinuerint.
- ni adsit *causa excusans* ut: { *impotentia*, sive { phisica, moralis, *spiritualis*. *caritas*, *officium*, *consuetudo*, *damnum grave*.

2um abstinentiam ab operibus servilibus

- et quidem { ex divino praecepto, per diem naturalem integrum, *sub gravi* in materia gravi.
- inter quae *forensia*: { quae fiunt cum apparatu judiciali, et nundinae cum strepitu.
- nisi adsit legitima *causa* excusans. { *pietas* in Deum, *caritas* erga proximum, *consuetudo*, *dispensatio* legitima, *necessitas* { *propria* vel *aliena*, *corporalis* vel *spiritualis*. magna utilitas vel lucrum.
- unde permittuntur opera *communia* et *liberalia*, ut: { pingere, venari, scribere, iter agere, studere, etc. quae ad divinum cultum proxime exercendum pertineut.

TAB. CXXIII.

Seq. De Praeceptis Decalogi.

V. PRAECEPTUM — NON OCCIDES

- quatenus *affirmativum* praecipit ut:
  - vitam nostram et alienam conservemus omnibus licitis modis,
  - amicitia et caritate inimicos complectamur,
  - pacem cum omnibus habeamus,
  - cuncta incommoda patienter feramus.
- quatenus *negativum* prohibet
  - *homicidium* quod
    - definitur: *violenta hominis occisio facta ab homine.*
    - dividitur in:
      - *casuale*, et *voluntarium* et hoc in *simplex.*
        - directum, et indirectum.
      - *qualificatum* ut: et
        - *proditorium*, *insidiosum*, *assassinium*, *latrocinium.*
        - *caedes*
          - parentum,
          - filiorum,
          - coniugis,
          - principis,
          - personae sacrae.
      - *malefactore* societati noxio
        - et quidem iure
          - naturali, et divino.
        - quando id fiat
          - publica auctoritate,
          - servatis servandis.
      - aliquando licet si agatur de *innocentis* (V. Tab. seq.).
        - in iusto *aggressore*
          - in bonis
            - *vitae*,
            - *fortunae*
              - magni valoris, et aliter defendi nequeunt.
            - *pudicitiae*, si nullum aliud medium se defendendi adest.
          - si servetur moderamen inculpatae tutelae.
  - *suicidium*, *bellum*, *duellum.*
    - (V. Tab. seq.).

TAB. CXXIV.

Seq. De Praeceptis Decalogi.

HOMICIDIUM INNOCENTIS

- *tripliciter* fieri potest idest:
  - *directe;* et tunc sive fiat { publica / privata } auctoritate / etiam ad publicum bonum promovendum } illicitum est.
  - *indirecte*, et tunc licet si fiat per rem { in se licitam, / necessariam et maximi momenti, / quae aequivaleat vitae in discrimen adducendae.
  - *casualiter*, et tunc non imputatur.
- adest cum procuratur *abortus* qui:
  - definitur: *praematura et dolosa eiectò ex utero foetus.*
  - *procurari*
    - *directe* nunquam licet.
    - *indirecte* permitti
      - potest si pharmacum quod matri datur { per se tendit ad morbum curandum, / est necessarium absolute ad mortem vitandam. } ni obstat salus *aeterna* infantis.
      - nequit { ad tuendum puellae honorem, / ad salvandam (simpliciter) vitam matris.
    - per *operationem*
      - *caesaream* potest si { periculum mortis matris est remotum. / spes adest salvandi puerum quoad: { tempus, / et / aeternitatem.
      - *craniotomiae*, non licet,
      - *acceleративam*, potest { post septimum mensem gestationis (28 haebdomadas). / si adest gravissima causa.
  - his poenis mulctatur: (in procurantes)
    - *excommunicatione* Episcopo reservata,
    - *irregularitate* (si praesumatur animatus) Pontifici reservata etiam in casu occulto,
    - *inhabilitate* ad titulos ecclesiasticos (dispensatio datur ab episcopo).
    - *privatione* { beneficii / officii / privilegii } post sententiam declaratoriam judicis.

TAB. CXXV.

Seq. De Praeceptis Decalogi.

V. PRAECEPTUM — NON OCCIDES (II)

- *suicidium*
  - definitur: *occisio proprii corporis.*
  - *directum* nunquam licet nisi interveniente
    - divina auctoritate,
    - vel
    - certa Dei inspiratione.
  - *indirectum* licet quando id quod ponitur vel omittitur et ex quo mors accidit, sit:
    - ex *causa*
      - *proportionata* et *justa*, ut:
        - bonum commune,
        - mors certior vitanda,
        - exercitium virtutis modo heroico,
        - necessitas artis exercendae,
        - difficultas remedii extraordinarii.
      - praeter intentionem.
- *duellum*
  - definitur: *pugna duorum vel paucorum numero parium cum designatione loci, temporis et armorum et periculo vitae vel lesionis.*
  - aliud
    - vocatur
      - *solemne*, quod fit cum patrinis et medicis.
      - *simplex*, absque ulla solemnitate.
    - fit auctoritate
      - *privata*, et hoc semper illicitum ex iure
        - *naturali*,
        - *divino*,
        - *ecclesiastico*, et
        - *civili*.
      - *publica*, et hoc licet si adsit
        - causa gravissima,
        - et
        - publicum bonum.
  - his poenis mulctatur:
    - *Excommunicatione* latae sententiae R. P. reservata, quae et complices afficit,
    - *perpetua infamia*,
    - *privatione* sepulturae Eccl. pro iis qui in conflicto decedissent.
- *Bellum*
  - definitur: *publica armorum susceptio ad rempublicam tuendam vel vindicandam.*
  - *duplex* est *offensivum*, et *defensivum*
    - utrumque licitum si adsint haec *conditiones:*
      - auctoritas legitima,
      - causa
        - iusta,
        - et
        - gravis.
      - intentio recta.
      - serventur
        - regulae justitiae,
        - et
        - jus gentium.
      - praemissa fuerit
        - petitio satisfactionis,
        - et
        - debita expectatio.
  - *dubium* ratione justitiae
    - non licet principibus,
    - licet pro subditis.

TAB. CXXVI.

Seq. De Praeceptis Decalogi.

VIII. PRAECEPTUM — NON LOQUERIS CONTRA PROXIMUM TUUM FALSUM TESTIMONIUM.

prohibet omnem laesionem proximi sive { verbis, signis aequivalentibus.

et versatur circa officia erga proximum quoad:

- *veritatem* quae laeditur per { *restrictionem mentalem* / *violationem secreti* } (V. Tab. seq.).
- *veritatem* quae laeditur per *mendacium* quod:
  - definitur: *locutio aut significatio contra mentem.*
  - *triplex* est { *perniciosum*, si alteri damnum fert, / *jocosum*, si profertur ad voluptatem, / *officiosum*, si profertur ad utilitatem. } nostram vel alienam.
  - *est peccatum* ex genere suo { *mortale*, si sit perniciosum, et in hoc casu importat restitutionem. / *veniale* si { iocosum, vel officiosum. }
- *famam*, et quatenus *negativum* prohibet *detractionem*, et *judicium temerarium* quod:
  - definitur: *assensus firmus de aliqua re sine sufficienti et rationabili fundamento.*
  - est { veniale si { adest causa probabilis, agitur de levi materia, fit de aliquo indeterminato, fit sine plena advertentia. / mortale si { cum plena advertentia, cum gravi temeritate, fit de gravi malo proximi }
- *famam*, et quatenus *negativum* prohibet *suspicionem* et *dubitationem* { quae sunt ex genere suo peccata venialia.
- *famam*, et quatenus *positivum* importat obligationem { defendendi impeditam / restituendi ablatam } famam alterius (V. de Justitia)
- *honorem* et quatenus { *negativum* importat prohibitionem contumeliae, / *positivum* importat obligationem restituendi ablatum. } (V. Tract. de justitia).

TAB. CXXVII.

Seq. De Praeceptis Decalogi.

VIII. PRAECEPTUM — NON LOQUERIS ETC. PROHIBET

- definitur : *actus mentis verba alicuius propositionis ad alium sensum quam obvium detorquentis.*
- *restrictionem mentalem* quae
  - *duplex* est nempe
    - *pure mentalis,* si nullo modo ab aliis percipitur veritas,
    - et
    - *non pure mentalis,* si veritas cognosci potest ex aliqua circumstantia.
  - tamen *licita* aliquando esse potest nempe cum
    - est *non pure mentalis,*
    - et
    - *iusta et proportionata adest causa.*
- et
  - quod (secretum) multiplex est
    - *naturale* vel *sacramentale* ratione materiae
    - *promissum,* quod quis servare promisit
    - et
    - *commissum,* quod quis servare tenetur ratione officii.
- *violationem secreti*
  - quae ideo non licet si secretum est
    - *sacramentale* nequidem ad mortem vitandam,
    - *naturale* et vergit in damnum publicum vel privatum, nisi adsit iusta causa.
    - *promissum,* nisi quando
      - adest obligatio revelandi
      - teneri nequit absque gravi incommodo.
    - *commissum* nisi quando sit in damnum
      - innocentis,
      - committentis,
      - vel
      - reipublicae.
  - quae est peccatum
    - *grave* vel *leve* pro ratione materiae si agatur de secr.
    - et
    - *ex genere suo mortale,* si agatur de commisso.
    - naturali, vel promisso.
  - importat etiam prohibitionem inquirendi aliorum secretum quod
    - si fiat *simpliciter,* iutax plures nulla adest iniustitia.
    - si fiat *malitiose*
      - et sine
        - legitima auctoritate,
        - et
        - justa causa.
      - adest peccatum contra justitiam.

Finis Tractatus XIV.

TRACTATUS XV.

DE PRAECEPTIS ECCLESIAE

TAB. CXXVIII.

De Praeceptis Ecclesiae.

Ex multis praeceptis Ecclesiae *quinque* sunt quae omnibus servanda proponuntur,

et sunt:

1° Sacro interesse diebus dominicis, et festis de praecepto (V. de praeceptis decalogi).

2° Ieiunare in { Quadragesima, Vigiliis, et quatuor temporibus,

3° Abstinere a carnibus certis diebus,

4° Semel in anno { confiteri, et communicare in Paschate,

5° Non celebrare nuptias temporibus vetitis, et solvere decimas.

IEIUNIUM late sumptum idem est ac *abstinentia*; *quadruplex* distinguitur:

spirituale, seu abstinentia a peccatis,

naturale, seu abstinentia ab omni cibo et potu,

morale, seu moderatio in sumptione cibi et potus iuxta regulas temperantiae.

ecclesiasticum:

est *abstinentia* { a pluribus refectionibus in eodem die (permittitur tamen coenula serotina) a certo ciborum genere iuxta regulas Ecclesia certis temporibur ab Ecclesia statutis idestin: { Quadragesima adventu Vigiliis temporibus.

obligat { *sub gravi* (sed admittitur parvitas materiae), *omnes baptizatos* qui { septemnium compleverunt et nulla causa eximuntur.

multas habet *causas excusantes* (V. Tab. seq.).

In unica comestione praecipue consistit essentia ieiunii; quae notabiliter interrumpi nequit et fieri debet circa meridiem, nec licet sine causa notabiliter hoc tempus anticipare. Sed licet coenulam anticipare et prandium remitte e ad horam serotinam si adsit aliqua causa.

TAB. CXXIX.

Seq. De Praeceptis Ecclesiae.

CAUSAE A JEIUNIO EXCUSANTES

aliae ab homine uti *dispensatio* quae

aliae procedunt ex iure, ut :

impotentia tum

phisica, qua excusantur
- infirmi,
- convalescentes et debiles,
- mulieres (praegnantes vel lactantes.)
- milites inferioris gradus.

moralis qua excusantur
- qui ieiunare nequeunt sine gravi incommodo,
- uxores et filii familias ad vitandam indignationem virorum vel parentum.

aetas; qua eximuntur qui
- 21 annum nondum compleverunt,
- 60 » compleverunt, si mares,
- 50 » » si foeminae.

labor, cuius vi eximuntur qui artes exercent, quae sine magna defatigatione exerceri nequeunt.

pietas, unde excusantur
- servientes infirmis in hospitalibus,
- peregrinantes ad loca sacra,
- scholastici, medici, advocati, concionatores. confessarii. — quando opus susceptum est : — iusta de causa susceptum, maioris meriti, valde (urgens, et onerosum.)

concedi potest a
- R. Pont. pro tota ecclesia,
- Episcopo et praelato eorumque expresse delegatis,
- parocho ubi talis viget consuetudo.

— stante justa causa.

ex indulto pontificio sub his regulis est :

dispensati ad carnes
- sunt dispensati ad ova et laticinia,
- tenentur abstinere a piscibus in eadem refectione, et laticinia, possunt vesci laticiniis et piscibus et pulmento carnis jure cocto,
- sed non a jeiunio, tenentur ad unicam refectionem tempore fixo et quoad coenulam ad eandem qualitatem et quantitatem jeiunantium.

qui exempti sunt a ieiunio ratione aetatis, laboris, vel infirmitatis cum esus carnium et laticiniorum ad unicam refectionem permittitur, licite vesci possunt carne et laticiniis pluries in die, nisi id expresse vetatur.

TAB. CXXX.

Seq. De Praeceptis Ecclesiae.

ABSTINENTIA A CARNIBUS DIEBUS VETITIS

- obligat
  - sub gravi (sed admittitur parvitas materia),
  - omnes qui, baptizati, septemnium compleverunt.
- non afficit qui
  - ostiatim mendicant, quibus licet manducare quae in eleemosina accipiunt;
  - sive gravi incommodo hoc praeceptum servare nequeunt.
  - invitati sunt ad prandium ex epulis vetitis, dummodo
    - id factum non fuerit in odium religionis,
    - invitatus non sit sacerdos, vel talis ut manducando scandalum ingerat,
    - propter confidentiam aliae epulae peti non possint.
- has habet *causas excusantes*:
  - *dispensatio*, quae conceditur a legitimis superioribus,
  - et
  - *impotentia*
    - phisica
    - vel
    - moralis.

DECIMAE

- definiuntur : *aliqua pars fructuum et proventuum juste adquisitorum, Deo in supremi dominii testimonium debita, et ministris ecclesiae solvenda.*
- distinguuntur in
  - *praediales*, si solvuntur ex fructibus campestribus,
  - *personales*, si proveniunt ex fructibus industriae vel negotiationis,
  - *mixtas*, si partim ex praediorum, partim ex industriae fructibus,
  - *sacramentales*, si ratione administrationis sacramentorum solvuntur,
  - et
  - *dominicales*, si solvuntur ratione juris seu dominii temporalis.
- solvendae sunt sub poena peccati contra
  - religionem
  - et
  - iustitiam.
- cessare possunt
  - privilegio Pontificis (non Principis),
  - consuetudine legitima (modo tribuatur pars congrua),
  - remissione facta ab eo cui debentur,
  - transactione, seu compositione.

TAB. CXXXI.

Seq. De Praeceptis Ecclesiae.

IV et V. PRAECEPTUM:

- *Confessio annualis* est praeceptum
  - quod obligat
    - omnes { fideles utriusque sexus, qui ad annos discretionis pervenerint et mortaliter peccaverunt.
    - saltem semel in anno,
    - et requirit { Validam confessionem, Sacerdoti adprobato factam.
  - et
    - sub gravi et qui eum transgrediuntur P. S. J. condemnatoriam { viventes arceantur ab Ecclesia, et mortui priventur ecclesiastica sepoltura.
  - a quo eximuntur tantum impotentes { phisice, vel moraliter.
- *Communio annualis* est praeceptum
  - quod *obligat*
    - omnes { fideles utriusque sexus, qui ad annos discretionis pervenerint.
    - Saltem semel in anno in Paschate,
  - et
    - sub gravi et etc. (V. *supra*).
  - requirit communionem factam
    - in propria parochia nisi agatur de: { cum omnibus necessariis conditionibus. iis qui bona fide id ignorant sacerdotibus in aliena Ecclesia celebrantibus, peregrinis et vagis, iis qui a proprio parocho licentiam habuerunt, familiaribus regularium dummodo { vere ipsis inserviant, in eorum domibus maneant, sub corum obedientia vivant.

Solvere decimas (V. Tab. ant.).

Finis Tractatus XV.

TRACTATUS XVI.

DE STATUUM OBLIGATIONIBUS

TAB. CXXXII.

De Statuum Obligationibus.

STATUS TRIPLEX EST:

religiosus

definitio: *immobilis vitae conditio ab ecclesia approbata, qua fideles per tria vota paupertatis, continentiae et obedientiae et certam regulam ad perfectionem tendunt.*

institutio est:
- *divina*, quoad substantiam ut eruitur ex verbis Ch.: *Si vis perfectus esse vade* etc.
- *ecclesiastica*, quoad formam.

conditiones necessariae ut quis religionem ingredi possit: sit baptizatus, sit sui juris, nulla adsint impedimenta neque

impedientia ut:
- gravis necessitas parentum,
- extrema necessitas fratrum et sororum,
- crimen grave et notorium notorietate iuris,
- excommunicatio,
- amentia partialis,
- illegitima origo,
- infamia sive { ex delicto, ex gravi poena.
- gravia debita quibus in saeculo satisfieri potest absque diuturna mora.

dirimentia:
- *differentia sexus*,
- *amentia* completa et perpetua,
- *metus iniuste incussus* in ordine ad professionem,
- *defectus aetatis* (16 ann. completorum et anni novitiatus).

amplectitur vi *professionis religiosae* quae

importat:
- liberam traditionem sui ipsius Deo, et
- acceptationem nomine Dei ab aliquo homine factam.

hos habet *effectus*:
- *remissio* poenarum peccatis debitarum si professio fiat in statu gratiae,
- extinctio votorum antea emissorum,
- dirimit sponsalia et matrimonium ratum,
- tollit irregularitatem ex defectu natalium ad suscipiendos ordines,
- inhabilitas ad matrimonium contrahendum,
- liberatio a patria potestate,
- participatio omnium privilegiorum regularium.

obligationes privilegia: (V. Tab. seq.).

clericalis laicalis: (V. Tab. seq.).

TAB. CXXXIII.

Seq. De Statuum Obbligationibus.

CLERICI

tenentur ratione
- *status*
  - ad vitae sanctitatem eo maiorem quo altior eorum gradus,
  - ministerio suo et servitio suae Ecclesiae incumbere,
  - horas canonicas recitare (si in sacris),
  - perpetuum coelibatum servare,
  - tonsuram et habitum clericalem deferre.
- *Beneficii* (V. Tract. de Beneficiis).
- *muneris* (V. Tab. seq.).

prohibentur
- artes saeculares exercere, quae honestati clericalis status contrariae sunt,
- medicinae aut chirurgiae operam navare cum incisione vel adustione,
- judicem in causa sanguinis agere,
- advocatum et notarium in publicis curiis agere nisi agatur de causa propria vel pauperis vel propinqui qui nullum invenit defensorem,
- procuratoris saecularium, tutoris et curatoris officio fungi si reddenda est ratio administrationis, nisi agatur de minoribus valde propinquis,
- saecularibus negotiis se immiscere,
- ludis alearum incumbere,
- venari, armaque gestare,
- in tabernis et cauponis ingredi,
- choreis et comoediis assistere,
- cum foeminis suspectis habitare et conversare.

APPENDIX.

Simplices *Sacerdotes* tenentur
- missam aliquando celebrare,
- ecclesiae, cui servitio addicti sunt, inservire,
- necessitatis causa aptos se reddere ad accipiendas confessiones.

fideles tenentur clericos
- amare,
- revereri,
- oboedientia prosequi,
- debite alere.

TAB. CXXXIV.

Seq. De Statuum Obligationibus.

CLERICORUM OFFICIA RATIONE MUNERIS

officia *Episcoporum*:
- *residere* in propria dioecesi nisi excusentur a { caritate, / urgenti necessitate, / obedientia, / utilitate { ecclesiae, / vel / reipublicae.
- *dioecesim visitare*,
- omnibus *praesesse doctrina*, *exemplo*, *zelo*, *praedicare*,
- *dignos ministros eligere*, dignos *paroches* et *confessarios*; et dignioribus conferre beneficia,
- pro ovibus orare, malos corripere, scandalis occurrere,
- synodum celebrare,
- scholas, loca pia et monasteria prae oculis habere,
- visitationem ad limina Apostolica peragere;
- Ecclesiae bona et iura tueri ac curare.

Canonicorum:
- in finibus suarum ecclesiarum residere, nisi iusta de causa eximantur,
- divinum officium in choro rite persolvere, nisi iusta de causa excusentur,
- missam conventualem cum cantu quotidie pro benefactoribus applicare,
- assistere et asservire Episcopo.

Parochorum:
- residere in propria parochia { ex iure divino, naturali et ecclesiastico, / materialiter et formaliter, / sub poena non faciendi fructus suos. / nisi adsint: { iusta causa excusans, / substitutio idonei vicarii; / licentia episcopi, et / tempus limitatum.
- praedicare diebus dominicis et festis et pueros rudes et ignorantes catechizare.
- Sacramenta per se ipsum administrare omnibus parochianis . . { indigentibus / aut / petentibus rationabiliter, / etiam cum periculo vitae si Sacramenta sint necessaria (saltem necessitate medii).
- pro populo orare et missam applicare diebus praescriptis,
- infirmorum et pauperum curam habere,
- oves suas agnoscere, corripere, scandala praepedire, bonum promovere,
- parochiales libros diligenter tenere,
- parochialia jura tueri.

TAB. CXXXV.

Seq. De Statuum Obligationibus.

STATUS RELIGIOSUS:

obligationes (Religiosi tenentur)

- *Tendere ad perfectionem* per *media* sive
  - *essentialia* ad religionem,
  - *generalia* religiosae vitae,
  - *specialia* sui ordinis.
- *vota servare* sive
  - *paupertatis* cuius vi absque Superioris licentia prohibetur: (aliquoties sufficit licentia praesumpta)
    - dare, accipere, mutuare, permutare,
    - dare, accipere, mutuare, permutare de bonis communitatis,
    - recipere, (neque ut impendant in pium opus),
    - emere etiam ad usum communitatis,
    - manducare et bibere apud extraneos,
    - depositum accipere.
  - *castitatis*
    - quod prohibet *sub gravi* omnem voluntariam delectationem veneream sive . . . . . et
      - *internam*,
      - *externam*.
    - ad cuius custodiam,
    - statuta est lex clausurae (V. Tab. seq.)
  - *obedientia* cuius vi religiosus tenetur:
    - ad omnia quae superior secundum regulas et constitutiones praecipit:
    - praeceptis omnium superiorum, idest:
      - R. P.
      - Sup. ordinis,
      - Ordinarii (nisi agatur de exemptis).
- Servare *regulam Ordinis* et eius violatio esse potest grave vel leve peccatum, sive ratione
  - materiae,
  - intentionis,
  - ipsius regulae quae saepe nonnisi sub levi obligat.
- *stabilitatem* servare iuxta illud *semel monachus semper monachus* cui opponuntur vel opponi videntur . . . . . .
  - apostasia et fuga,
  - eiectio,
  - dispensatio a votis,
  - transitus ad aliam religionem,
  - translatio ad episcopatum vel cardinalatum.

TAB. CXXXVI

Seq. De Statuum Obligationibus.

LEX CLAUSURAE

regularium prohibet

- egressum regularium
  - e monasterio absque legitima superioris licentia,
  - et quidem
    - *sub gravi*, ut docent auctores si fiat: nocte furtive / saepe in die / cum scandalo — absque debita licentia
    - et *sub levi*, quando id fiat: semel aut bis et absque scandalo et contemptu.
- *ingressum mulierum* in septa monasterii et quidem sub poena excommunicationis R. P. reservatae, quam incurrunt:
  - mulieres violantes, clausuram . . cuiusvis conditionis, exceptis . . reginae / electrices / fundatrices — et sub quocumque praetestu. — corumque filiae
  - superiores vel alii eas admittentes.

monialium et important prohibitionem

- *egrediendi* e monasterio: absque urgentissima necessitate (incendii, inundationis, epidemiae causa), sub poena excommunicationis R. P. reservatae etsi id fiat occulte (si clausura est papalis).
- *ingrediendi* monasterium
  - sub poena excomm. Papae reservatae, quam
    - incurrunt
      - *omnes fideles* cuiuscumque conditionis, et aetatis, utriusque sexus, qui debitam licentiam non obtinuerint.
      - *moniales* (vel alii) alios introducentes, vel admittentes (absque licentia) etsi non ad malum finem.
    - tamen non incurrunt (quia ipsis licet) ingressus
      - *episcopi* necessitatis vel visitationis causa, sed cum paucis personis maturis.
      - *praelati regulares*, semel in anno visitationis causa,
      - *confessarius* de licentia superioris si adsit necessitas extrema ad Sacramenta administranda (superpelliceo et stola indutus),
      - qui Eucharistiam administrant aegrotis quoties eisdem ministrabant sanis,
      - medicus et chirurgus de licentia superiorum comitantibus duabus ex senioribus monialibus,
      - notarius, faber, hortolanus etc. de licentia speciali.
  - absque ligitima licentia
    - quam concedunt
      - Episcopi vel eorum vicarii si monasterium Ep. subiacet.
      - Episcopus solus vel alius a S. S. delegatus si monasterium subiacet S. S.
      - Praelatus regularis si monasterium ipsi subiacet.
    - ad quam requiritur: necessitas urgens, et causa proportionata.

TAB. CXXXVII.

Seq. De Statuum Obligationibus.

REGULARIUM PRIVILEGIA:

- *exemptio* a jurisdictione ordinaria
  - quae si afficiat
    - locum *localis* dicitur,
    - personas *personalis* vocatur,
    - loca simul et personas *mixta* dicitur.
  - et conceditur
    - a S. Pontifice,
    - ut eximat a iurisdicione tum episcopali tum parochiali,
    - et est personalis simul et localis.
  - *importat ut Superiores* habeant jurisdictionem quasi *episcopalem* in suon subditos
    - *professos* tantum si agatur de odiosis,
    - *omnes* etiam non professos qui saltem:
      - in conventu habitent,
      - sub obedientia sint.
  - hisce casibus exceptis, nempe: si agatur de
    - causis fidei et exercitio cultus divini,
    - Sacramentorum administratione et animarum cura,
    - divini verbi praedicatione,
    - publicatione indulgentiarum ab Ep. concessarum, novi miraculi, reliquiarum, imaginum et librorum,
    - publicis processionibus,
    - erigendis hospitiis et confraternitatibus cum ecclesiis etc.,
    - directione monialium non exemptarum,
    - Constitutionibus synodalibus et variis juribus Pontificalium,
    - delinquentibus extra claustra vagantibus sine licentia scripta Superiorum.
- *facultas*
  - erigendi privata oratoria in suis conventibus et collegiis,
  - benedicendi paramenta, vasa etc., dummodo sacra unctio non sit adhibenda,
  - celebrandi sacrum 3 horas ante ortum solis et 3 h. post meridiem,
  - celebrandi tempore interdicti.
  - dispensandi (si adprobati ab Ep. ad audiendas Confessiones) . . . . . .
    - cum saecularibus etiam extra confessionem a votis simplicibus (exceptis 5 Papae reservatis) dummodo juribus tertii non praeiudicetur,
    - in omnibus irregularitatibus ex delicto, excepto homicidio voluntario,
    - in inhabilitate ad celebr. quam incurrunt
      - sollicitantes,
      - abutentes sacrificio
      - missae ad sortilegia.
    - in petitione debiti coniugalis, habita licentia a superiore domus.

TAB. CXXXVIII.

Seq. De Statuum Obligationibus.

OFFICIA

filiorum erga parentes : eos :

amare, unde peccant graviter si
- eos odio habeant, de eorum adversis gaudeant,
- graviter eos contristent,
- de eorum spirituali salute sint parum solliciti,
- de eorum temporalibus necessitatibus parum curentur,
- captivos, aegrotos, senes, non liberant, nec eis succurrunt.

revereri, et peccant graviter di
- verbis duris, contumeliosis, maledictionibus afficiant,
- eos subsannent, irrideant, torvis oculis aspiciant,
- eos vel leviter percutiunt,
- eos in iudicio accusant etiam de vero commisso crimine, exceptis { haeresi / et proditione.

iis obedire
- debent et graviter delinquunt si :
  - de rebus domesticis notabiliter contra parentum voluntatem disponant,
  - spernant parentum monita quoad familiae regimen, bonos mores,
  - sine eorum consensu nubant, vel indignas velint inire nuptias.
- non tenentur in iis quae sunt { contra Dei et Ecclesiae praecepta aut Evangelica consilia, / de electione status.

parentum erga filios :

quoad *corpus:*
- ab ipso prolis conceptu ipsius vitae consulant,
- tenentur matres lactare propriam prolem quum possunt absque gravi incommodo,
- alimenta praebere { tum { legitimis / illegitimis } quos esponere sine iuxta causa in Xenodochio non debent.
- sub quo nomine veniunt { cibi, / vestes, / habitatio.
- diligentiam mediocrem adhibere ad bona acquirenda,
- non dissipare bona sua in familiae detrimentum,
- filiabus dotem denegare non possunt vel filios ordines sumptuos exhaeredare.

quod *animam:*
- curent, ut quamprimum sint baptizati,
- vix loquentes addiscant religionis mysteria,
- bonis moribus induantur,
- non tantum verbis sed virtutis exemplo ad bonum invitent,
- delinquentes corrigant,
- liberos relinquant in status electione.

TAB. CXXXIX.

Seq. De Statuum Obligationibus.

OFFICIA

- *principum:*
  - bonum exemplum praebere et subditos amare,
  - publicum bonum promovere omnibus mediis iustis et proportionatis,
  - subditos ab hostibus et iniustis vexationibus defendere,
  - religionem et Ecclesiam tueri,
  - probos ministros eligere et iustas leges condere.
- *subditorum* erga principem:
  - eum honorare,
  - obedire,
  - fidelitate eum prosequi,
  - tributa solvere.
- *ducum:*
  - datam principi fidem servare,
  - militiae secreta non revelare,
  - milites non conscribere vi, dolo, fraude,
  - militum numerum completum tenere,
  - curam militum genere quoad corpus et quoad animam,
  - stipendia ipsis debita non subtrahere neque cibaria, pro viribus pugnare,
  - militum vexationes et crimina impedire et punire.
- *militum:*
  - stationem servare,
  - ab exercitu non discendere,
  - nihil agere quod jure belli non permittitur,
  - ducibus obedientiam praebere.
- *indicum:*
  - scientiam sufficientem habere,
  - iuxta formam legis sententias ferre,
  - in iudicio ferendo meliorem partem sequi nempe probabiliorem,
  - omnia ex amore iustitiae peragere,
  - causas quamprimum fieri potest expedire.
- crimina *denuntiatorum:*
  - sive ad id teneantur ex iustitia, sive ex caritate, sive ex praecepto positivo,
    - res uti est revelare,
    - cui soli competit revelare,
    - ex iusta causa revelare.

TAB. CXL.

Seq. De Statuum Obligationibus.

OFFICIA

- *reorum:*
  - iudici interrogánti respondere si
    - legitima fuit interrogatio,
    - nulla adest evadendi spes et ratio (cum agitur de poena gravissima).
  - iudici veritatem fateri,
  - iudici revelare criminis socios contra quos adsint
    - iudicia
    - testimonia
    - infamia.
  - non revelare crimina testium vel
  - accusatorum nisi quando:
    - in ipsorum defensione necessarium sit,
    - damnum grave ipsis secus eveniret.
  - vim vi non repellere sed si iniuste condemnati positive obsistere.
- *testium:*
  - revelare veritatem scienter non
    - affirmando quod ignorant,
    - aperiendo quod revelare non licet,
    - affirmando quod falsum est.
  - restituere si fuerunt causa efficax damni, et se retractare si retractatio profutura.
- *advocatorum:*
  - scientiam sufficientem habere,
  - nullius causam aperte iniustam suscipere,
  - secretum servare,
  - a fraudibus, iniuriis, aliisque contra adversam partem se abstinere,
  - nihil ultra iustum pretium accipere,
  - pauperes gratis defendere,
  - culpabiliter tribunali non abesse,
  - partem non adducere ad iniquam transationem,
  - causas non differre cum damno partium,
  - falsos testes non inducere,
  - sine speciali mandato non iurare,
  - debitam diligentiam adhibere,
  - periurium non suadere testibus vel reo.
- *dominorum* erga famulos:
  - eos
    - amare
    - et
    - instruere:
  - eis
    - bonum exemplum praebere,
    - iustum stipendium solvere.
- *famulorum* erga dominos:
  - eos
    - amare,
    - revereri,
    - fidelitate prosequi,
  - eis obedire.

TAB. CXLI.

Seq. De Statuum Obbligationibus.

OFFICIA

- *magistrorum:*
  - sanam doctrinam docere,
  - convenienti modo instruere,
  - scientiam necessariam sibi comparare,
  - cristianarum virtutum semina in discipulis inserere,
  - circa mores discipulorum investigare.
- *discipulorum:*
  - diligenter studio incumbere,
  - scholas frequentare,
  - magistros
    - docili animo audire,
    - reverentia et amore prosequi.
  - virtutem pro viribus discere.
- *medicorum, chyrurgorum, pharmacopolarum:*
  - scientiam sufficientem et peritiam habere,
  - debitam diligentiam et fidelitatem habere,
  - artem cum religione et caritate exercere,
  - et peccant si:
    - imperiti artem exercent.
    - debitam curam et operam pro morbi gravitate non impendunt,
    - medicamenta dubia adhibeant relictis tutioribus,
    - remedia plus quam par est lucri causa subministrant,
    - sine iusta causa aegros solvant a praeceptis Ecclesiae,
    - medicamenta pro abortu praebeant vel doceant,
    - illicitis mediis utantur ad salutem procurandam,
    - alicui suadeant ne religionem et bonos mores observent,
    - aegros non moneant de confessione edenda,
    - gratis non opitulentur pauperibus,
    - stipendium iusto maius percipiant.

Finis Tractatus XVI.

IMPRIMATUR

Fr. Albertus Lepidi O. S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Iosephus Ceppetelli, Archiep. Myr. Vicesgerens.

Rocca S. Casciano Ex Typis Licinio Cappelli, 1906.

239.02
M.312
2233
MANASSERO, Bart
AUTHOR
Tabulae Synopticae Theol.Moralis
TITLE
Vol IV

DATE LOANED	BORROWER'S NAME	ROOM NUMBER
	FR. DONNELLY	

2233